



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalmvs CXX. Ad Dominum cùm tribulater.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

168 Seruo tua & mandata, tua & testata; inexque  
Omnes te coram suntque patentque viæ.

## ¶ T

- 169 Te prope & ante tuam faciem clamor meus I A S  
Adsit, pro verbo tu instrue meque tuo.  
170 Tûque tuum dictum firmes ut me eripe, dâque  
Accedat faciem nostra querela tuam.  
171 Tunc labia hæc fundet laudem, decreta tua & cùm,  
Te mihi doctore, addiscere contigerit.  
172 Tunc mea lingua tuum referet certissima dictum;  
Omnia præcepta ut sint tua iusta, canet.  
173 Tota mihi delecta tua ut mandata repono,  
Sic tua mî certo sit manus auxilio.  
174 Te cupiens I A S poscoque tuamque salutem,  
Lex tua iucundæ sunt mihi deliciae.  
175 Te hæc anima & viuens laudabit, viuere tibi da,  
Auxilioque milu sint tua iudicia.  
176 Tu famulum perquire tuum præcepta tua haud quid  
Neglit; errat & ut perditus agnus agris.

## PSALMVS CXX.

Ad Dominum cùm tribularer.

DIVINA TVTELA HVMANAЕ IN-  
VIDIAE CONTEMTRIX.

Canticum graduum, sive, ascensionum.

## Carmen Dicoron Distrophon.

- 1 A M cùm premor inuoco,  
Is respondet enim consulit ac mihi.  
2 I A S hanc animam erue  
A lingua artificique à labio dolii.  
3 Quid dat, quid cumulat tibi  
Fraudis lingua, mali & consilij artifex?  
4 Fortis spicula militis,  
Carbonesque graues nempe genistici.  
5 Heu me, quique vagus colo  
Moschos, quique Arabum non stabiles domos.  
6 Per multum hæc anima accolit  
Pacis iuncta malis hostibus integræ.  
7 Pax mî, pax placet; at strepunt  
Pugnam scilicet hi & prælia, cùm loquor.

N PSALMVS